



**Rvperti Ab||batis Monasterii || Tvtiensis Ordinis S.
Benedicti The||ologi antiqui, Opera duo, ut egregia sanè,
ita diu desiderata, multoq[ue] || labore perquisita, ac
sumptu haud ita modico ...**

Rupert <von Deutz>

Colonia, M. D. XXVI.

VD16 R 3796

De Gloria Et Honore Filii Hominis. Liber .III.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71860](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71860)

DE GLORIA ET HONO. FILII HOMI. LIB. III. XXXV

reuentus, tollet aura, postmodū subiunxit. Quia spiritus meus à facie mea egredietur, & flaus ego faciam. Frequens est lectio, sed experimentō in uita præsentī valde rarū, ut ex peratur quispiam, quem diuinitas ad experiendū admittere dignatur, tangendo pectus si ue labia eius, in momento, siue in iactu oculi, taliter afficiatur tactu sensibili, quem beatus pa pa Gregorius ibi uult intelligi, ubi ad Helyam loquens dñs, dicit. Et post spiritū commo^{3. Regū. 19.}
tio. Non in commotione dominus. Et post cōmotionem ignis. Non in igne dominus: Et post ignem sibilus auræ tenuis, & ibi dñs. Et quidem subtilitas diuinitatis, omnem, non solum corporis, uerū etiam animæ sensum excedit: sed cū uult, non tantū animam, uerū etiā am corpus tactu suo sensibiliter afficit. Qui uidelicet tactus, dū uult, suauis, & dū uult, ual de est terribilis, ita ut quisquis illū sensit, iam pene non sit illi opus verbis edoceri, quod ue re deus fortissimus spirituū sit, nec penitus ignorat, licet omnino effari nō possit, qualis ille fit tremor, quo maiestatem dñi tremere dicuntur etiam sancti angeli.

DE GLORIA ET HO-
NORE FILII HOMINIS. LIBER .III.



MNES SITIENTES (AIT SPIRITVS
sanctus) uenite ad aquas, & qui non habetis argentū, prope
rate, emite & comedite. A quæ præsentī loco scripturæ
sunt, quibus spiritualiū continentur mysteria gratiarū, fi-
cut & illic. Bibe aquā de cysterne tua, & fluenta putei tui.
Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide
Aqua istæ aquæ dñi sunt, & quicq; emerit eas, eius sunt
nec dñi esse desinunt. Quid rogo est, q; cū omnes sitientes
in uitauerit ad huiusmodi aquas, illos maxime inuitat ad e-
mendū, qui non habent argentū? Ait em. Et qui nō habe-
tis argentū, properate, emite. Certe in omni negotiatione
terrena magis illi solent inuitari ad emendū, qui habent uel

habere uidentur argentū. Hæc autē negotiatio tota coelestis, tota spiritualis est. Quid ergo
et argentū non habere, nisi in philosophia seculari, siue prudentia eloquij non confidere?
Talibus nanc nō habentibus eiusmodi argentū, ipsa humilis cōscientia magnū est empti-
onis preciū. Talis erat Moyses, cū diceret ad dñū. Obsecro dñe, non sum eloquens ab heri
& mudiustertius, & ex quo locutus es ad seruū tuū, impeditoris & tardioris lingua sum;
Exi parabolis sapiens loquitur. Stultissimus sum uirorū, & sapientia hominū non est me-
ci. Non didici sapientiā, & non noui sanctorū scientiā. ¶ Quid igitur ò æmule subsannas?
Quid obrectator me laceras? Fateor quia catygetas tuos nō audiui, omnes sapientes & pru-
dentes eloquij mystici, & oīno nullas habeo diuitias argēti eiusmodi, & si qd percepī de se
cubibus philosophis, nō sunt mihi pro diuitijs, siue pro nūmis argenteis. Sed nunquid ob-
hoc mihi ab aquis istis erat desperandū? Imo magis sperandū, quoniam inter oēs scientes, il-
los qui nō habent argentū audio maxime inuitari ad emendū. Subsanna quantū uis, licet
scriptura mea nō nisi insidiando legere uelis, & si libet etiā illud dic. Quomō hic literas scit
cū nō diccerit? Si em cū illo, in que hoc dictū est, participes fuerimus obprobrij, erimus e-
tia gloriae & honoris. Proinde dissimilanda est præsens amaricatio uentris, ex cōmestione
libri, quem qui deuorauit, erat (inquit) in ore meo tanquam mel dulce, & cum deuorasse
tum amaricatu est uenter meus, & itinere ccepto peragendum est in opere dei, in intenti-
one quam significauit titulus præscriptus operi, de gloria & honore filij hois. ¶ Ego qui
dein (aut Iohannes) baptizo in aqua. ¶ Quā uel qualē habet rationē baptizari siue baptiza-
re in aqua? Consilii dei erat in aqua baptizari, sicut alius Euāgelista significās, pharisei aut
(inq.) & legisperiti cōsiliū dei spreuerūt in semetipsis, nō baptisati baptismo Iohānis. Quid
ergo haberrationis tale consiliū dei, qd nobis scire proficit? Sunt quidē incomprehensibilia
iudicia Roma. II.

Eliae. 11.

Proue. 5.

Emere aquas
sapientiē ab isq;
argēto qd est

Exodi. 4.

Prouer. 30.

Cōtra æmules
los & dictras
stores.

Iohan. 7.

Apoca. 10.

Lucæ. 7.

XXXVI RUPERTI IN MATTHAE. CAP. III.

iudicia eius, & inuestigabiles uiae eius, ut ap̄lus ait, sed hæc & his sim illa non nos prohibet ne simus laudatores, aut ne uelutinus habere scientiam uiarum dei, uerum hoc tantum, ne

Prouer. 25 simus nimirū scrutatores maiestatis. Quam ergo rationem habeat tale cōsiliū dei quārumus, non scrutando nimirū, sed laudare optando maiestatem dei, & sicut cetera ex parte scimus & ex parte prophetamus, ita de isto quoq; gratulemur, quod non quidem ad pfectū

1.Cof. 13. cognoscimus, sed ex parte aliquid subluc et, quo delectemur. ¶ Quid illud est? Nimirū, quia talis consilio bene dispositus deus, ut ad ordinem suum creatura humana reduceretur.

Coſiliū dei, homines bas ptifari i aqua Fuerat quippe homo supra se nimirū elatus, quando uoluit esse sicut deus, secundum illud falso serpentis susurrum, comedite & eritis sicut dij, scientes bonū & malum. Illum pri

mi hominis tumorem, multi ex eo progeniti homines imitati, deos se se appellari voluerūt Et nonnulli quidem ex eis post mortem suam stulto errore hominum pro dñs habitū sunt, ille aut̄ Cæsar Augustus, cuius tēpore natus est iste filius hoīs Jesus Christus, uiuens quoq;

Hora. in epis to. li. 2. epi. I. Roma. 5. q; pro deo haberi non timuit. Vnde adulando illi Flaccus dicit. Præfenti tibi maturos largimur honores, jurandasq; tuum per nomen ponimus aras. Hæc prima fuit altitudo cor

dis nostri, ut uellent esse homines sicut dij, & hoc est Adæ peccatum, in quo (ait apostolus) omnes peccauerunt. Porro humana conditio, siue conditionis humanae principium, non solum creator e deo, uerum etiam creatura dei inferius est, & ut manifestius dictū sit, non solum deo, uerum etiam aquæ elemento. Formauit enī deus hominem de limo terre,

quod uidelicet elementū aquæ inferioris est & erat, & sub eo latebat, donec dices ret deus. Congregentur aquæ quas sub celo sunt in locum unū, & appareat arida. Multum ergo terra intumuerat, ordineq; excesserat, ubi homo terrenus altissimo similis esse concupierat. Reducendus erat ad ordinem, & docendus, ut sciret confiteri cuius esset cō

ditionis, atq; in testimonium eiusdem confessionis submergeretur elementū aquæ, quo grauius atq; segnus elemētum terra est, unde homo principiū sumpsit, & quod (sicut iam dictum est) totum in initio sub aquis latuit. Grande habet momentū in ratione iustitiae, cō

ditionis huius meminisse, & abrenunciando superbia diabolica, sub aqua corpus depris

mere, ac deinceps memoria tenere, quod deus propter superbiam dixit homini, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Proinde diligenter animaduertendū est, quod L. cum ve

nisset Jesus a Halilea in Jordānem ad Iohannem, vt baptizaretur ab eo, & Jo

hannes prohiberet eū, dicens, ego a te debeo baptizari, & tu venis ad me, respon

deus ipse, dirit ei. Sine modo. Sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Nam uere mitis & humilis corde conſyderabat, q; quamuis sanctus sancto esset, nullūq; omnino peccatum haberet, tamen de terra sumptum corpus haberet, quodq; ad iustitiam pertineret, ut humilitatis remedium, propter quod docendū uenerat, ipse in lempipo de

monstrarēt, submittendo aquis, quam affumperat, carnem nostram, qua se ad similitudi

nem creatoris omnium, extollere affectauerat in Adam, & sic ait, decet nos implere om

nem iustitiam. Respiciebat Iohannes quod de spiritu sancto conceptus fuerat, & hoc illi ad plenam sufficere iustitiam, non inaniter aestimabat. At ille non quidem contradixit Io

hanni, dicenti: Ego a te debeo baptizari, sed nihilominus, ut esset plena humilitatis satisfa

ctio, corporis quoq; habitu in semetipso significare uoluit, quod longe sit homo inferior

deo, subdendo aquis corpus suum, quod secundū materiam terrenum, habet fundamentū

quo aquæ superiores sunt & i initio fuerunt. Quicūq; in hoc non imitantur eum, ut uolen

tes descendant, p̄cenam recipient, ut nolentes descendant. Scriptum est enī. Introibunt in

inferiora terra. Spreuerunt consilium dei, sed non uacabit eis spernere iudicium dei, iam

erat hoc testimonium unum, testimoniu aquæ, quod uere esset mitis & humilis corde, Ac

cessit autem & alius testis eiusdem mansuetudinis, scilicet species columbae. ¶ vidi enim

spiritum dei descendētem sicut columbam, & uenientem super se. ¶ Ego (inquit

Iohannes) uidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius dei. Splendida gloria, & glori

osus honor filii dei, filii hominis, q; dum se submittit aquis, aperitūr ei colli, & spiritus

sanc̄tus uisibili specie super eum descendit, uoce simul audita de celo. ¶ hic est filius me

us dilectus, in quo mibi bene complacui. ¶ Veruntamen in his omnibus nō iam con

summata gloria, in dō gloriæ initium fuit, cuius utiq; finis postmodū huic initio futurus erat

similis,

Psalm. 62.
Iohan. 1.
Gloria filij
hominis.

D E GLORIA ET HON. FILII HOMI. LIB. III. XXXVII.

similis, ita ut baptizatus illo baptismo, de quo dixit, ego baptismo habeo baptizari, & quo modo coartor usq; dum perficiatur: confessim alcenderet de sepulchro ascensu resurrexit & aperirentur ei cceli, ut intraret in gloriam suam, atq; inde spiritu sanctum mittet, retuliculis suis, dicente sibi patre, sede à dextris meis. Vere igitur ait, sic enim decet nos impleere omnem iustitiam, quia secundū similitudinem illorū quae illic gerebantur, futurum erat postmodum, ut moreretur propter delicta nostra, & resurgeret propter iustificationē nostrā. ¶ Quamvis in alijs quibuslibet aquis hoc idem mysterium potuisse celebrari, uerbi gratia, in Enon iuxta Salim, ubi Iohannes postea baptizasse legitur, gaue multe illic erant, tamē magis placet magisq; delectat factum hoc esse in aquis Iordanicis. Quam ob causam? Videlicet quia signū siue figura horum olim in eisdem præfulserat aquis. Nā flūs uius ille, scilicet Iordanis, ex eo ceperit esse memorabilis, quod mortuo Moysē & succedēt te losie, diuisis aquis transitum filii Israël per alueum suū præbuit sacerdotibus, qui portabant archanū fœderis domini stantibus super siccām humum in medio Iordanis. Portauerunt (ait scriptura) filii Israël de medio Iordanis alueo duodecim lapides, ut dominus imperaret, iuxta numerū filiorum Israël usq; ad locum in quo castrametati sunt, ibiç posuerunt eos. Alios quoq; duodecim lapides posuit Iosue in medio Iordanis alueo, ubi steterant sacerdotes qui portabant archanū fœderis, & sunt ibi usq; in præsentem diem. Lapis desillōs his duodenos, prophetas intelligimus & ap̄los. Omnes prophetæ (inquit dominus) & lex, usq; ad Iohannem prophetauerunt. Bene ergo duodecim lapides in medio Iordanis alueo positi sunt, positi (inquit) non transpositi, neq; Iordanem transfierunt, quoniam prophetæ non nisi usq; ad baptismū Iohannis prophetauerunt, aut prophetare debuerūt, Christum esse uenturum. Porro à baptismo Iohannis incipiens, duodecim apostolos elegerit, & non perdidit ex eis quenq; & præcepit nobis (uit Petrus) postq; resurrexit à mortuis prædicare populo & testificari, quia ipse esset, qui constitutus est à deo iudex uiuorum & mortuorum, huic omnes prophetæ testimonium perhibent. Bene ergo duodecim lapides a Iosue portauerunt, de medio Iordanis, usq; ad locum in quo castrametati sunt, ibiç posuerunt eos. ¶ Iosue, quod interpretatur saluator, qui Moysi successit, & filios Israhel in terrā promissionis introduxit, q; Moyses non fecit, ipse est iste filius hominis, qui Moysa in eum succedere iussit, & per illud creditibus in se regnum celorum aperuit. Sacerdotes, qui stabant in medio Iordanis, ut omnia completerentur, & donec festinans populus transire, nulli melius intelliguntur q; hic idem filius hominis primus sacerdos noui, & Iohannes ultimus sacerdos ueteris sacerdotij, siue legis & prophetarū finis. Igitur, quamvis (ut iam dictū est) in alijs quibuslibet aquis baptizatus dominus baptismo Iohannis, sacramentum præsignare potuisset baptismi sui, iure magis placet, & ad honorem scriptura rū magis pertinet, quod baptizatus, & baptismo illo manifestatus est, in aquis Iordanicis. ¶ Hic illud pulchre occurrit, quod aplus, curu dixisset, nec quisq; sumit sibi honorem, sed qui uocatur à deo tanq; Aaron, subiungit atq; ait. Sic & Christus non semetipm clarificatus ut pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum, filius meus es tu, &c. Deniq; illa prædicta tione peccnitiae & baptismo Iohannis uocatus & clarificatus est à deo filius hominis Iesus Christus, ut pontifex fieret tanquam Aaron, id est, iuxta quod præfiguratum est in Aarōn. Aaron quippe non nisi prius aqua lotus, sacerdotio fungi iussus est, & uestimenta sua cepit sacerdotalia, scilicet foeminalia linea, subuculam lineam, baltheūq; & tunicam, subperhumeralē, & rationale, cydarim quoq; & in fronte laminam sacræ uenerationis, habētem inscriptum tetragrammaton, ineffabile nomen dei, quod octauū decus pontificis, maxime illam designat ecclasiā & honorem, de quo loquimur, filij hominis, de quo aplus ait. Propter quod & deus illum exaltauit, & donauit illi nomen quod est super omne nomen, &c. ¶ De alijs indumentis quid gloriae quid honoris singula mystice significant, per scribere presentis non est negotiū, nisi hoc solū, quia quod primum, siue in initio conlecrationis siue sacerdos Aaron iussus est aqua lauari, in figura contigit illi, huius summi et ueri sacerdotis, qui in initio siue functionis, siue sacerdotij sui, habebat baptizari baptismo Iohannis, et cetera quidē ueteris illius sacerdotij ministeria, figuræ uel umbræ fuerūt mysteriū coelestis et uerius huius sacerdotij, sed ex magna parte similitudo deficit. Ille namq; et ceteri

Lucas. 12

Psalm. 109

Roma. 4.
Iohann. 3.
Cur in Iorda
ne uoluit bas
prizari Chrys.

Iosue. 4.

Matthew. 12

Actuum. 10

Iosue typum
Chri. gellie

Hebre. 5
Aaron quoq;
typum Chri.
sui gellie.

Exodi. 29.
Leuit. 8.

Philip. 2.
Sacerdotium
Chri. præstan
tius q; Aaron

XXXVIII. RUPERTI IN MATTHAE. Cap. III.

Hebræ. jo.

cæteri sacerdotes, qui morte prohibebantur permanere, habebant cotidie necessitatē, quæ admodum sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi. Hic autem eiusmodi necessitatē non habuit, sed semel hoc fecit, offerendo se non pro suis, sed pro populi delictis. ¶ Inchoatio sacrificij sive oblationis, qua semetipsum obtulit, ieiunium suum, quod continuo ieiunauit, & cum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctib⁹ postea esurit. Ita nanc⁹ incipiens agere pœnitentiam non pro suis (ut iam dictum est) sed pro populi delictis, laborare non desit, operans opus salutis, in omnibus obediens usq; ad mortem, mortem autem crucis. ¶ Vere ergo fidelis & uerax deus, impleuit quod locutus est. Timebat olim populus audire uocem domini dei, & ultra (inquit) non audiam uocem domini dei mei, & ignem hunc maximū amplius non uidebo, ne moriar, & ait dominus Moysi, Bene omnia sunt locuti. Prophetam suscitabo eis de medio fratum suorum similiē tui, & ponam uerba mea in ore eius, loqueturq; ad eos omnia quæ præcepero illi. Hunc prophetam esse istum filium hominis, certum est. Quomodo hunc populus ille petuit, aut petere sciuit? Cum enim dixisset Moyses prophetam de gente tua, & de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi dominus deus tuus, ipsum audies, subiunxit atq; ait, Ut petisti à domino deo tuo in Oreb, quando contio congregata est. Non inuenimus aliter petisse populo, si ita ut scriptura refert. Cunctus autem populus uidebat uoces & lampades, & sonitū buc cincte, montemq; fumantē, & perterriti ac pauore concussi, steterunt procul dicentes Moysi. Loquere tu nobis, & audiemus. Non loquatur nobis dominus, ne forte moriamur. Si ergo uerba hæc populi pro petitione deus accepit, huius prophetæ domini tanq; populus ita peteret, ut petierat ipse Moyses, obsecro domine mitte quæ missurus es, quid nisi abundantiam intelligere debemus gratiæ exaudiens, qui ubi & humiliter petitur, superabundanter dare cōsueuit. Hinc enim apostolus dicit. Ei autem qui potens est omnia facere, superabundanter, q̄ petimus aut intelligimus, secundū uirtutem, quæ operatur in nobis, ipsi gloria in ecclesia, & in Christo Iesu, in omnes generationes seculi seculorum, amen. Fidelis (inquit) & uerax deus, hic impleuit, quod illuc locutus est, & hoc testatur columba, id est spiritus dei, quem uidit descendente sicut columbam, & uenientem super se uidit, & Iohannes (sicut aliud Euangelista testatur) ait, & ego uidi, & testimoniū perhibui, quia hic est filius dei. ¶ Quād distimiles species hic atq; illuc. Hic species columbae, illuc uoces & lampades sive maximus ignis, & mons fumans, & sonitus buccing. Proinde non leuiter accendū quod apud alium Euangelistam Baptista Iohannes cum dixisset, ego baptizo in aqua, subiūxit, medius autem uestrū stetit, quem uos nescitis, &c. Puta illum respexisse ad iam dictam promissionem dicens ad Moysen, prophetam suscitabo illis de medio fratum suorum, si millem tui, & iccirco dixisse, medius autem uestrū stetit, quem uos non scitis, ut ita subtiler ligas, ac si dixerit. Ille, cuius fortitudine sustinere non potuit populus, significatam habi per speciem ignis, & dixit ad Moysen, ultra non audiam uocem domini dei mei, & ignem hunc maximū amplius non uidebo, ne moriar loquere tu nobis & audiemus, non loquatur nobis dominus ne forte moriamur. Ille (inquit) abscondita fortitudine zeli ignei, similis factus Moysi, id est homo uerus ut Moyses fuit, medius uestrū stat, tolerabilis atq; affabilis, misericordia & humilis sicut columba, non sicut ignis, et nunc talis de medio uestrū fulcitur uobis ut et loquatur uobis dominus, et non magis moriamini, q̄ si Moyses loqueretur uobis, si huc audire uultis. Nam si audire nolueritis, et illuc dictū est, ego ultor existam, et hic dico uobis quia uentilabrum in manu sua, et permundabit aream suā, et cōgregabit triticum suū in horretum, paleas autem cōburet igni inextinguibili. ¶ Nusquam sacra canonica refert scriptura q̄ super aliquem sanctog, sive in aliquibus operibus suis spiritus sanctus, sp̄s domini, tales præsentia sua signum dederit. Quis alius nisi spiritus iste domini per Moysen operatus est in exitu filiorū Israhel de terra Aegypti? Deniq; hoc non soli confessi sunt magi, dicēdo, digitus dei est hic, uerū etiam Esaias ita declamando dicit. Vbi est qui eduxit eos de mari, cū pastribus gregis sui? Vbi est qui posuit in medio eius spiritū sancti sui? Qui eduxit ad dexterā Moyses brachio maiestatis suæ, qui scidit aquas ante eos, ut faceret fibi nomen sempiternū, qui eduxit eos per abyssos, quasi equū in deserto non impingentem, quasi animal in campo descendens? Spiritus dñi ductor eius fuit. Ergo per Moysen operatus est iste sp̄s

Lucæ. 4

Deute. 32.
Propheta P
Moys suscita
eus, Christus.

Exod. 20

Exodi. 4

Ephe. 3.

Iohānis. L.
Fortitudo
dei p spēm
ignis deus
gnata.
Ibidem.

Deute. 32.
Matth. 3.

Sp̄s. in spe
cie ignis.

Exod. 8
Esaiae. 63.

spiritus in exitu Israhel de terra Aegypti, & ubi quinquagesimo die, praesentiae uel operationis suae signum dare uoluit, non species columbae, sed species ignis apparuit, ita ut dicere populus id quod iam supra dictum est, & ignem hunc maximu amplius non videbo, nemoriar. Item ubi post resurrectionem huius filii hominis, quinquagesimo die super discipulos eius uenit, & praesentiae suae signum dare uoluit, non species columbae apparuit, sed apparuerunt illis dispergitae linguae, tanquam ignis. Itē, qui tollere solebat Heliam, sine duobio erat iste spiritus domini, unde & Abdias, cumq; recessero a te (inquit) spiritus domini aportabat in locū quem ego ignoro, & ubi gratia, quā Heliae contulerat, signum dare uoluit, non species columbae, sed species ignis apparuit. Cū enim pergerent, & incedentes sermocinarentur, uide delicit Helias & Heliazus, ecce currus igneus, & equi ignei diuiserunt uirgines, & ascendit Helias per turbinem in cœlum. Neque hic, neque illuc ipsa spiritus sancti substantia uia est mortalibus, aut uideri potuit, sed ubi & quomodo uoluit, cōpetens operatiōis vel praesentiae suae signum dedit, ita ut nulquam super ipsum dominū in specie ignis, nunquam super aliquem sancto, in specie columbae uisus sit. Quare? Videlicet quia diuina natura, quæ uel cuius plenitudo in isto filio hominis Iesu Christo corporaliter inhabitat, satis per semetipsum feruida est, iuxta illud, etenim deus noster ignis consumens est, & iccirco nobis expediebat, ut fortitudine eius pietas temperaret, & haec congrue per speciem colubae significata est. Porro nostra, id est, humana natura per semetipsum tepida, immodic & nimis frigida, iuxta illud, & quia superabundauit iniquitas, refrigescet charitas multorum, & iccirco expediebat, homines dei zelo bono calefieri, qui uidelicet zelus congrue significatus est per speciem ignis. ¶ Nullo libertius modo illud intellexerim, quod & Iohannes apud Lūcā dicit, *Lip̄ vos baptizabit in spiritu sancto & igni.* Et Esaias, si abluerit (inquit) dominum sordem filiarum Syon, & sanguinem eius lauerit de medio eius in spiritu iudicij & spiritus ardoris: quam ut duo data spiritus sancti, duabus dictiōibus istis putem significari, in spiritu sancto & igni, siue in spiritu iudicij & spiritu ardoris. Iste namq; unus idemq; dominus & spiritus sanctus est & ignis, unus idemq; & spiritus iudicij & spiritus ardoris: iudicij in qua id est discretionis, quia fidelem ab infideli discernens, remissionem peccatorum per fidem tribuit, quod est datum primū: ardoris autem, quia purgatū à peccatis hominem, deinde boni zeli igne accendit, quod est datum secundū. Vt tamen dato perficitur atq; consummatur baptismus Christi, cū aqua quæ de latere eius exiuit, & iccirco Iohannes, cū de semetipso dixisset, Ego baptizo uos in aqua, continuo, ut declararet quanto melior baptismus suo fore baptismus Christi, ipse (inquit) uos baptizabit in spiritu sancto et igni. Hanc Iohannis, in suam uel patris, promissiōne ipse dominus ante passionem suam confirmare solebat a postolis suis, sicut et post resurrectionem suam eum cōmemorasse Lūcas hoc modo describit. Et conuincens præcepit eis, ab Hierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem patris, quam auditis (inquit) per os meū, quia Iohannes quidem baptizauit aqua, uero autem baptizabimini spiritu sancto nō post multis hos dies. Nam quidem patrē illius promissiōis, id est, primum acceperant spiritus sancti datū, quod est remissio peccatorum: quia stans in medio illorum, qua die resurrexit, insufflauit et dixit, accipite spiritum sanctū, quoque remiseritis peccata, remittuntur eis; et tamen cōuescens præcepit eis, ut expectaret Iohan. 20. Iohannes, quam auditis (inquit) per os meū, quia Iohannes quidem baptizauit aqua, spiritus sancti datū ei usdē spiritus sancti datū, de quo et postmodū dixit, sed accipietis virtutē superuenientis spiritus sancti in uos, etc. Sicut solus de spiritu sancto conceptus est, ita solus hic in spiritu sancto baptizatnam Iohannes adhuc quidem ex utero matris suæ, spiritu sancto repletus est, sed nō de spiritu sancto conceptus est et iccirco in spiritu sancto baptizare nō potuit, sed cū ceteris sanctis gratiam spiritus sancti de plenitudine huius accepit, sicut ipse quodam loco testatur, et de plenitudine eius nō omnes accepimus. ¶ Quid tandem sibi uult, uel quā ob causam de cœlo uenit vox dicentis, Iohan. 1. Ilic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit? Quid in qua, nisi hoc idem, quod spiritus dei sicut columba descendens et ueniens super eū, et hoc idem quod uerbū factū (ut Lūcas meminī) super Iohannem Zachariæ filium, Ad hoc deniq; et uerbū dñi super Iohannem factū est, ad hoc spiritus sanctus descendit, ad hoc vox patris de cœlo audita est ut sufficiens legitiū perficeretur testimonium super isto, q; Christus esset, q; filius dei esset, non alius sed

3. Reg. 18.

4. Reg. 24.

Colof. 24.

Deut. 4.

Hebræ. 1.

Matth. 24.

Leuit. 3.
Eliae. 4.
Baptizare in
spū sancto & ig-
ne quid est.

Actuum. 1

Iohan. 1.

Lucæ. 5.

Testimonium
de Iesu a tota
trinitate.

Deute. 19.
I. Iohann. 5.

Iohann. 8.
Iohann. 5.

Iesus tetatur
a Iudeis per
discipulos Io-
hannis.

Iohan. 5

Colos. 2.

Chrs. gna &
delitiae pīs.

Colos. 1.

Psal. 107
CAP. IIII

Iesus ductus
est a suo spiri-
tu in desertū.

alius, sed iste pauper, iste Iesus à Nazareth, iste qui putabatur filius Ioseph. In testimonio ueritatis huius hoc totū factū est, ut secundū legem diuinā stabile fieret testimonium, quia scriptū est in lege, In ore duorum uel triū testiū stabit omne uerbū. Hinc Iohannes Euangelista dicit. Et tres sunt qui testimonium dant in celo, Pater, & uerbū, & spū sanctus. Persona patris ex uoce, q̄ de celo uenit, audita est; persona spū sancti, ccelis apertis, sicut columba descendit; persona uerbi spū sensu aderat in earne, sed filebat, nequilla hora quo loquebatur testimoniu sui: licet quodā loco dicat, ego sum qui testimonium phibeo de meipso: in Iohanne autē testimonium perhibebat, quia sup Iohannē (sicut iam dictū est) proprie hoc perhibendū testimonium, uerbū dñi factū fuerat. Hoc triū attendens testimonium ipse, aduersarij suis dicebat. Si ego testimonium perhibeo de me: ubi subintelligendū est, sicut solent hoies de semetipsis testimonium perhibere, & p̄ inanē gloriā semetiplos commendare testimonium meū non est uez̄. Alius est qui testimonium phibet de me, & c̄tio quia uez̄ est testimonium qđ perhibet de me. Vos misitist ad Iohanne, & testimonium phibuit ueritati. Ego autē non ab hoie testimonium accipio, ego autē habeo testimonium maius Iohanne. Hæc & c̄tē aduersus maliciam illorū inuidientia dixit, q̄ accipere noientes, & se scire diffimulantes testimonium dei, q̄ in testificando non p̄ falli, & cuius testimonium ex manifestis opibus poterat cognosci, miserūt ad Iohannē hominē, quē sperabant posse falli, at ille nō falsus est, sed testimonium phibuit ueritati. ¶ Tunc utiq̄ miserūt ad eū, sperādo eū posse falli & agere uolēdo ut possit falli, qn̄ facta est quæstio ex discipulis Iohannis, cū eis scilicet ludeis de purificatōe, & uenerūt ad Iohannē, & dixerūt ei, Rabbi, qui erat tecū trans Iordanē, cū iuste stimoniū phibueristi, ecce hic baptizat, & oēs ueniunt ad eū. Lccirco nāq̄ sic incepérunt, ut in uidiae aut zeli flāma ueret animā Iohānis, atq̄ ita cōformatus illis, id est, inuidens factus cū inuidis, diceret aliquid qđ eset cōtrariū ueritati. At ille testimonium phibuit ueritati, nō potest (inquiens) homo accipere quicq̄, nisi fuerit ei datū de celo, & cætera, usq; q̄ credidit in filiū, habet uitā eternā, qui autē incredulus est filio, nō uidebit uitā, sed ira de manet super eū. Magnitudo testimonij, & ex specie colubæ, & ex eo q̄ cū dixisset pater, tu es filius meus dilectus, addidit, in quo mihi bene cōplacui, reuerēter debet agnolci. Nā species colubæ, id est spū sanctus, descendens & manens sup eū in specie columbae hoc testificat, quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporalē, sicut columba totū quiddā est, cui pars corporis nulla deest. ¶ Et hoc dictū, in quo mihi bene cōplacui, hoc testificatur, quia talis hic filius sola & unica dei patris gloria est, & uere in isto solo gloriatur cuncta orū mirabilium honorūq; omniū mirabilis operator deus, quia tale nihil fecit, quale est iste filius, secundū diuinitatē increatus, secundū humanitate creatus & factus. Cū nōdū esset h̄d factus, erat, ut nunc est, imago dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ, & in ipso (aut aplū) condita sunt uniuersa, in ccelis & in terra, uisibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates. Omnia p̄ ipsum & in ipso creata sunt, & ipse est ante oēs, & omnia in ipso constant. Vbi homo factus est, extunc ipse est (aut ide aplū) caput corporis ecclesiæ, qui est prīcipiū, primogenitū ex mortuis, ut sit in oībus ipse, primū tēnēs, q̄a in ipso cōplacuit, oēm plenitudine diuinitatis corporalē habitare, & p̄ eū recōciliari oīa in ipso, pacificans p̄ sanguinē crucis eius, siue q̄ in terris sunt, siue q̄ in ccelis. Res ētē igitur pater gloriōsus & hic dicit, in quo mihi bñ cōplacui, et eundē in psalmo gloriā suā appellat, dicens ad eū, Exurge gloria mea. De manifestatione eius, hactenus pro posse dictū est. Manifestatus autē, quo usq; quali ordine procedere incepit. Tunc Iesus (aut Euangelista) ductus est in desertū a spiritu, vt tentaretur a diabolo, & cū tentasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esurīt. Ecce quale, q̄ p̄ sublē medicantis diuinitatis consiliū, ut duceret hunc secundū hominem in desertū ad ieiunandū, & ad tolerantiā tentationū, & non tam in paradysum ad manducandū, ubi posuerat hominem primū. Dubitatū est super hoc à quibusdā, propter hoc qđ subdītur. Assump̄ sit eū diabolus in sanctā ciuitatē. Et rursum. Assump̄it eū in montē excelsum. ¶ Sed uere, & absq; ulla quæstione cōuenienter accipitur, ut à sancto spū in desertū ductus credatur, ut illuc eū, siu spū duceret, ubi hunc ad tentandū malignus spū inueniret, & eīdē modis à secundo homine uinceretur, quibus p̄mitū hominem se uicisse gloriabatur. Contra pri-

mitum quip̄

DE GLORIA ET HONORIS FILII HOMI. LIB. III. XLI.

num quippe hominem parentem nostrum in tribus se temptationibus erexit, quia hunc uidelicet gula, uana gloria, auaritia tentauit, & tentando superauit: sed eisdem modis (ut iam dictum est) secundo homini tentato succubuit. Igitur ipse dominus deus, qui tulit hominem, quem formauerat, & posuit eum in paradiso uoluptatis, ut operaretur & custodiret illum, precepit ei dicens, ex ornati ligno paradyssi comedere, de ligno autem scientiae boni & mali ne comedas: permisitque eum tentari, ut manifesta fierent & angelis & omnibus superuenturis seculis que erant in corde eius, ipse hunc hominem secundum, quem de uentre uirgineo formauit, tulit, sive ut alius Euanglista scripsit, expulit in desertum, expulit (inquam) tamenque illius primi hominis portantem reatum, quia ipse posuit in eo iniurias omnium nostrorum ut inciperet uapulare ieunando quicquid in illo uno comedente peccauerunt. Per pulchrum est collationem facere illius primi hominis & secundi, in eo quod ille positus fuit in loco amicitatis & societatis, & excepto uno ligno apposita sunt ei omnes delitie paradyssi, & tamen in illa tali & tanta facietate, de gula in uno tentatus tam facile succubuit: Hic autem expulsus est in locum horroris & uastae solitudinis, & quadraginta diebus ieunium impositum est ei, quo peracto esurit, & tamen in illa esurie de necessario pane tentatus, temptatione non succubuit, ut utiliter demonstraret insidiatori per miracula sua, quod esset filius dei, unde postmodum plenus dicendum erit. ¶ Per pulchra inquam (ut iam dictum est) collatio ex comparatione huius secundi & illius primi hominis: ueruntamen quoniam non solam illud originale peccatum, uerum etiam actuales deus posuit in eo iniurias omnium nostrorum, & ipse puer ille est, de quo propheta predixerat, quia puer Israhel est, & ego dilexi eum, & ex Aegypto uocauit filium meum, cuius prophetici praecogniti præsens Euangelista super meminit, libet latius explanare sacramentum hoc temptationum, quas pro nobis puer sustinuit: & quia tres fuerunt temptationes, singulare causas sive rationes, per ordinem de sacris proferre scripturis. ¶ Igitur uocatus ex Aegypto puer Israhel, filius dei, dominus Iesus, postquam habitauit Nazareth, ubi & nutritus est, & postquam aquas baptismi transiit, datus est desertu spiritu, & cum ieunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, tentatus ipse, & fidelis inuentus est in tribus temptationibus, ut patru suoque, filiorum Israhel, totidem & easdem temptationes evacuaret atque deleret: qui educiti de terra Aegypti postquam aquas maris rubri transierunt, quadraginta annis per derfertum circumducti sunt, & tentati sunt, quia tentauerunt & infideles inuenti sunt. Easdem & totidem fuisse temptationis illorum: quas et quot puer iste iam dictus sustinuit, puer Israhel quem ego dilexi, ait in propheta dominus, ex ordine per scripturam demonstrandum est. Prima fuit temptatione de panibus, sicut scriptum est, Et murmurauit omnis congregatio filiorum Israhel contra Moysen et Aaron in solitu- dine, Dixeruntque ad eos filii Israhel, Ut tinam mortui esse nus per manum domini in terra Aegypti, quando se debamus super ollas carnium, et comedebamus panes in saturitate. Cur enim duxisti nos in desertum istud, ut occideretis omnem multitudinem famem, Dixit autem dominus ad Moysem, Ecce ego pluam uobis panes de celo, et ceterum. Tentatio fuit haec non fidelium, sed infidelium, non quia panem petierunt, sed quia male et absque fide petierunt. Hinc est illud, saluо sacratore intellectu, et tentauerunt deum in cordibus suis, ut peterent escas animabus suis, et male locuti sunt de deo, Dixerunt. Nunquid poterit deus parare mensam in deserto? Nunquid panem poterit dare aut parare mensam populo suo? Quia sic tentauerunt, iccirco tentati sunt in eo ipso, in quo tentauerunt. Cum enim dixisset dominus, Ecce ego pluam uobis panes de celo, egrediatur populus et colligat quae sufficiant per singulos dies, subiunxit atque ait, Ut teneam eum, utrum ambulet in lege mea an non. Die autem sexta parent quod inferant, et sit duplum quam colligere solebant per singulos dies. Quod cum fecissent, duobus modis comprobatum est quod in lege dei non ambularent, quia cum dictum esset eis, nullus relinquit ex eo in mane, non audierunt, sed dimiserunt quidam ex eis usque mane et scatere coepit ueribus atque coproutruit. Item cum dictum esset eis, sabbatum domini est, iccirco non inuenietur, nihilominus egressi sunt ut colligerent, et non inuenierunt. Dixit autem dominus, Vnde quoniam uult custodi mandata mea, et legem meam? ¶ Sic incipiens populus ille per hoc uicium, scilicet per gulam intemperantiam deliquerit, et si recte confyderes, pestis ista, scilicet uicium gulæ, per maximam est vexatio generis humani, ex qua suboruntur plurima saeva atque mortisera uicia.

d 3 carnis,

Gene. 2.

Marci. L.
Elaie. 53.

Collatio pri-
mi & secun-
di Adæ.

Osee. 11.

Tres tem-
pores
Chri., contra
tres tentatio-
nes in deserto.

Exodi. 16.

Exodi. 16.

Vicium gulæ
saeva pestis.

XLII. R V PERTI IN MATTHAE. CAP. III.

Cur nō ultra
40. dies Clfs
ieiunauit.

Deute. 25.

Gloria Chris-
ti uera, non
inanis.

Iohan. 2.

Deute. 8.

Tentatio se-
cunda in siti.

Exodi. 17

Num. 20

Deut. 6.

carnis, & haec iniquitas accidit ex radice peccati, quo primus homo de quo supra dictum est ueritum lignum mom ordit. Quomodo iste puer Israhel nostrū hoc uictum in semet ipso puniuit & emendauit? Primum quadraginta diebus, & quadraginta noctibus iejunauit, & deinde cum esuriret, comedere noluit ad suggestionem tentatoris. Quadraginta in quam diebus, & quadraginta noctibus iejunauit, & ulterius siue diutius iejunando illum affligi, nimiae fuisse et severitatis. Dicit enim sacra lex, cui per omnia deus homo factus obediens dignatus est. Sin autē iudices eum, qui peccauit, dignum uiderint plagis, prosterente & coram se facient uerberari. Pro mensura peccati erit, & plagarum modus, ita dumtaxat ut quadragenarium numerum non excedat, ne foede laceratus ante oculos tuos abeat frater tuus. Vnus idemque puer iste saepedictus, scilicet Christus, & iudex erat & quasi reus, & coram iudicante diuinitate sibimet insita uera humanitas eius prostrata, iejuniorū plagis uerberabatur, non quia peccauerat, sed quia peccata gula nostra super se suscepereat. Vlterius non debebat extendi iejunū, quia sicut iam dictū est, sacra iubebat lex, ut plagarū modus quadragenariū non excederet numerū. Itaq; humilitatem flagellatiam debuit gloria sequi, non gloria inanis, sed gloria uera, gloria dei. Inanis gloria fuisse, si secundū suggestionem tentatoris fecisset, dicentis. Si filius dei es, dīc ut lapides isti panes fiant. Forte enim putas, quia gloriam suam manifestauisset, si ad eius dictū lapides facti sisissent panes, sicut in eo gloriam suam postmodum manifestauit, quod ad eius natum aqua in uinum conuersa est: sed non ita est. Vbi enim hoc fecit initium signorum, & sic manifestauit gloriam suam, non gloria fuit inanis, sed gloria cum fructu, quem videlicet fructum protinus Euangelista presentat dicens, & crediderunt in eum discipuli eius. Nunquid crederet in eum tentator insidiosus, aduersarius antiquus, si lapides conuertisset in panes? Discit aliquis, Nobis ad fidem uel ad cognoscendam de gloriam profuisset, qui legeremus, si ita factum fuisset. Imo magis hoc nobis ad gloriam dei prodebat quod legimus, quia testimoniū suā diuinitatis dei filius diabolo communicare designatus, hoc ponit respondebat. Scriptum est, Non in solo pane vituit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore dei, & remoto diabolo a participatione, siue presentia refectio[n]is, accelerant angelii & ministrabant ei. Scriptū est aut̄ taliter hoc in libro Deuteronomij. Adduxit te dominus deus tuus quadraginta annis per desertū, ut affligeret te atq; tentaret, & nota fierent q̄ in tuo animo uerabantur, quia non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo qd̄ egrediebatur ex ore dei. Secunda tentatio fuit afflictio siti & penuria aquæ, de qua sic scriptū est. Igitur perfecta omnis multitudine filiorū Israël de deserto Syn per mansiones suas, iuxta sermonem domini, castrametata est in Raphidim. Vbi non erat aqua ad bibendum populo. Qui iurgatus contra Moysen ait. Da nobis aquā ut bibamus, & cætera usq; & uocauit nomen loci illius tentatio propter iurgiū filiorū Israël, & quia tentauerunt dominū dicentes, est ne dominus in nobis, an non. Ita miro modo populus & tentabat & tentabatur, & circa quia tentabat, iusto iudicio tentabatur. Nam quod populū tentaret dominus, Moyses loco supradicto testatur, ut affligeret te inquiens atq; tentaret dominus deus tuus & nota fierent, que in tuo animo uerabantur. Quod autem ibi quoq; populus dominū tentauerit, hoc dicto satis innuit, & uocauit nomen loci illius tentatio, quia tentauerunt dominū dicentes, est ne dominus in nobis an non. Super hacre, id est, super penuria aquæ, non tantū semel, uero etiam & alia uice tentauit & tentatus est & in illam temptationem Moyses quoq; et Aaron inciderunt, ita ut dicerent. Audite rebelles et increduli, Num de petra hac uobis aquam poterimus ejeire? Dixitq; dominus ad eos. Quia non credidistis mihi, ut sanctificaretis me, coram filiis Israhel, non introducetis hos populos in terram quam dabo eis. Hoc fuit curiositat[u]m uicium, quia tentauerunt dominum dicentes, est ne dominus in nobis an non? Quomodo hic saepedictus puer Israhel super hoc uicio tentatus est. Assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum supra pinnaculum templi, & dixit ei. Si filius dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim, Quia angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. At illi Iesus. Scriptum est, Non tentabis dominum deum tuum. Hoc itidē sicut et primum responsum, scriptum est in libro Deuteronomij. Non tentabis (ait Moyses) dominum deum tuum,

Qui statim subiungit, sicut tentasti in loco temptationis: qui uidelicet locus non alias intellegendus est, nisi ille, iam dictus, de quo ait, & uocauit nomen loci illius tentatio, quia tentaverunt dominum dicentes, est ne dñs in nobis an non? ¶ Sane qđ hic dicit, scriptū est, Non tentabis dominum deū tuū, & postmodū, scriptū est, ait, dominū deū tuū adorabis, & illi soli seruies, non sic accipiendo est, tanq; ipse diabolū corrigerē uoluerit, & sic eū docere, ac si diceret. O diabolo, noli me tentare dominū deum tuū, quia scriptura tibi contradicit, & ab hoc te cōpescere intendit: tu mihi dicas, Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me, sed tu potius me dominū deū tuū adorare debes, quia scriptura dicit tibi, Dominū deum tuū adorabis, & illi soli seruies. Hoc uel suspicari nimis absurdū est, Nunquid enim deus aut dei filius, diabolī deus aut dominus uocari dignatur? Absit hoc, Magnæ nanc; est gratia, dominū deū creatorem omniū uelle cuiuspiā uocari deū. Hinc aplūs, cum de fide patrū multa fuisse præclara locutus: sive (inquietus) qui uocatur Abraham obediuit in locum exire, quæ accepturus erat in hereditate, & exiit nesciens quo iret, &c. interea sic intulit, Ideo non confunditur deus uocari corum deus, parauit enim illis ciuitatem. Si nec diabolī confunditur uocari deus aut dominus, quæ gratia uel quæ beatitudine resonat in hoc dicto de patribus, ideo non confunditur deus, uocari eorum deus? Cum igitur dicit diabolo, scriptū est, dominū deum tuū adorabis, & illi soli seruies, cū (inquam) dicit, scriptū est, subaudiendum est homini, quia reuera non diabolo, sed homini scriptū est, quicq; loquitur aut præcipit lex. Et ergo Iesus. Nec ego homo, nec quisquam alius homo, tibi aurem præbere debet, ut dominū deum suum tentet, siue ut cadens oī diabolo te adoret, sed audire debet uocem scripturæ dicentis, non tentabis, & solum dominum deum tuum adorabis. ¶ Tertia tentatio fuit illius populi, qui quoniam tentauerat, iure debebat tentari, ubi Aaron quoq; tentatio nem incidunt, ut contra hoc dictum legis ficeret. Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Nam sicut puer aliquando uoluntati suæ dimittitur, ut remoto magistro siue pædagogo pareat ex occasione licentia, quale sit studium eius: ita dimissus sibi est idem populus, ascendeunte Moysi in montem, ubi & fuit quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & non fuerat præfinitum quando foret reuersurus, Tunc illud contigit quod scriptura refert. Videns autem populus, quod moram faceret descendendi de monte Moysi, congregatus aduersus Aaron ait. Surge, fac nobis deos qui nos precedant, Moysi enim hoc uero qui nos eduxit de terra Aegypti, ignoramus quid acciderit. Tunc reuera populus cecidit, & in forma uituli diabolum adorauit, & quis non audiuit, quis legendo admira non potuit, quam pertinax, quam pronus in illo tali casu suo semper fuerit. Sed uenit hic alter Israhel, qui legem solus impleret, qui cuncta saceret præcepta iustitiae quæ præcepit lex. ¶ Vnde notandum, quia cuncta, quib; tentatorem relidit, testimoniam tatum de Deo trononio sumit, quod uidelicet Deuteronomium quod dicitur hoc est, id est, secunda lex, scut & ipse alter siue secundus Israhel dicitur & est, iuxta illud propheticum (cuius & hic Evangelista meminit, & nos in locis suis tractauimus) testimonium, quia puer Israhel est, & ego dilexi eum, & ex Aegypto uocauit filium meum. Ergo iste alter siue secundus est Israhel, post illum Israhelem patrem duodecim tribuum, qui primitus in Aegyptum descendit, & t̄ multitudinem Israhelicam quæ inde ascendit: & hæc secunda lex huic maxime posita est. Nam illi prævaricatori populo Israhel posita est lex carimoniarum canarium, quarum circa ritum cæteri uersantur M O Y S I libri. In isto libro Deutero, nomi, id est, secundæ legis, ferè nihil de Ceremonijs agitur, sed cuncta sunt præcepta iustitiae, præcepta charitatis: & cuncta ferè ad personam numeri singularis familiariter dicuntur, ea que spiritualia continent mysteria uitæ & salutis, & sic Israhel compelletur quasi unus homo, quia hic uerè futurus erat unus homo, qui fideliter & per se dicitur cum deo. Exempli gratia. Et nunc Israhel quid dominus deus tuus petit à te, nisi ut times dominum deum tuum, & ambules in uis eius, & diligas eum, ac seruias domino deo tuo, in toto corde tuo, & in tota anima tua, custodiasq; mandata domini, & Ceremonias eius quas ego hodie præcipio, ut bene sit tibi. Hæc & his similia, quæ tam familiariter et sic dicuntur quasi uni, iste unus bene audiuit, et bene impleuit:

d 4 ealdemq;

Exodi. 17.

Deus nō des
ber dici deus
aut dominus
diaboli,

Hebrei. 7.

Tertia tentatio
in uiculo con
flatili.
Deut. 6.

Exodi. 32.

Cur Chrysost
mus ex Deo, sic
allegavit.

Osee. 11.

addo t̄ post

Deute. 10.

XLIII. R V P E R T I I N M A T T H A E . Cap. III.

easdemq; tentationes, in quibus ille prior Israhel, id est, populus Israhel, pro parte reproborum inuentus est infidelis, & etiam pro parte electorum repertus est uix parumper fidelis; easdem (inquam) iste sustinens, inuentus est fidelis, sic praesens testatur locus euangelii, unde & completa est illi fides conuentionis, quam innuens, cum dixisset, ut custodias quae ego hodie præcipio, protinus addidit, ut bene sit tibi. ¶ Porro illa ostensio diaboli qualis putas extitit? Qualiter omnia regna mundi & gloriam eorum homini diabolus simul ostendere potuit, & (ut ait Lucas) in momento temporis? Nec enim natura rerum sive oculorum hoc admittit, ut de monte qualibet, quantumuis excelso, cuncta terræ regna regnoruntq; omnium gloria simul & in momento possit ab homine perspici. Nihil tale uspiam faciascripsura gestum meminit, quin quod beatus papa Gregorius de uno uitæ tenerabilis uiro, nomine & gratia Benedicto, refert, quia dum quicquid centibus fratribus instans uigilijs nocturnæ orationis tempora peruenisset, ad fenestram stans & omnipotentem dominum deprecans, subito uidit fusam lucem desuper cunctas noctis tenebras effugasse, tantoq; splendor clarescere, ut diem uinceret lux illa, quæ inter tenebras radiasset. Mira autem ualores in hac speculatione secuta est, quia sicut post ipse narravit, omnis etiam mundus, uelut sub uno solis radio collectus, ante oculos eius adductus est. V erum illa res admirationem habet aliam, quia (sicut ait idem) animæ uidenti creatorem angusta est omnis creatura, & quod ante illius sancti oculos collectus fuisse mundus dicitur, hoc egit cum homine omnipotens deus, & non cœlū & terra contracta est, sed uidentis animus dilatatus est, qui in deo raptus, uidere sine difficultate potuit omne quod infra deum est. Cū hæc dicit, addes etiam hæc, in illa ergo luce, quæ exterioribus oculis fulsit, lux interior in mente fuit, quæ uidentis animū, quia ad superiora rapuit, ei-q; angusta essent omnia inferiora monstravat, cū (inquit) hæc dicit, palam astruit, quia prospectus ille mentis magis q; oculoq; fuit. Illud mirantes ueneramus, qd egit cum homine omnipotens deus: de isto uero qd dicemus, quod circa hominem deum dei filium tentator egit diabolus. Si qua nobis scriptura narraret simiter eū fecisse circa quemlibet hominum, ut in momento temporis mundum illi ostenderet uniuersum, non dubitaremus dicere, ostensionem spiritualis nequitiae uisumq; fuisse phantasticū. Nunquid & hunc hominem, quæ explorabat utrum esset filius dei, per suas phantasias diabolus est aulus aggredi? Animus fidelis hoc uel cogitare perhorrescit. ¶ Sed ne abhortescas, quia quanto maior tentatoris iniuria, tanto glorioſior uictoris patientia. Cōfer fantasias eiusmodi cū phantasias quas patimur, quotiens tentamus de omni qd in mundo est, ex concupiscentia carnis, & cōcupiscentia oculorum, & superbia uitæ. Quotus quisq; nostrū est, qui nō in temptatione qualicv; cōcupiscentiæ lenocinio mulceatur, forte etiam iniuriantur. Nec mirū, nam nos fantasias intus patimur, eiusmodi aut̄ fantasias, quæ deforis uenient uel foris fiunt, aliquid non solū non delectant, uerū etiam sensibus corporis molestare sunt: & si à tentatore huic filio hominis adductæ sunt, indubitanter absq; peccato eius, & accelererunt & recesserunt, ut dicas cū aplo, tentatum aut̄ per omnia pro similitudine absq; peccato. ¶ Cum aut̄ audisset Jesus, qd Johannes traditus esset, secessit in Galilea, reliqua ciuitate Nazareth, venit & habitavit in Lapharna maritimum in finibus Zabulon & Neptalem, ut adimpleret quod dictum est per Elaiā prophetā, Terra Zabulon & terra Neptalem, via mari trans Jordane Galilee gentium. Populus, qui sedebat in tenebris, vidi lucem magnam, & sedentibus in regione umbra mortis, lux ora est eis. Exinde coepit Jesus predicare & dicere. Poemteria agit te, appropinquabit enim regnum cœlorum. ¶ Quadiu Iohannes prædicauit, nequam iesus publica prædicationis officium subiit, sed postquam in traditione eius clausum est propterq; & legis, omnes enim prophetæ & lex usq; ad Iohannem prophetauerunt, tunc demum id quod prophetatum fuerat successit, id est, euangelium Christi effulgit. Fecerat quidem aliqua, iamq; habebat discipulos, & docebat eos, sicut Euangelista Iohannes latius minit, ficeratq; signa multa coram discipulis suis, quoq; fuit initium, q; aquas in uinu uerit, & de quibus idem Euangelista dicit, quia cum esset Hierosolymis in pascha, in die festo, multi crediderunt in noiem eius, ex quibus Nicodæmus, nemo enim (inquit) potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit deus cum eo: & nondum missus fuerat in carcere, Iohannes,

Quæsto.

Greg. in dia^s
log. li. 2. ca. 35

Responso.

I. Iohan. 2.

Hebreo. 4.

Esaia. 9.

Chr̄s an carcerē Iohā. nō
prædicauit
publice.

Math. 11.

Iohan. 2. 3.

Iohannes, sed (sicut iam dictum est) nequaquam publicum prædicandi officium subierat, neque ipsos discipulos, qui ad eum uenire & audire coeperant, ad hoc vocauerat, ut relictis omnibus iplum sequerentur. Ab eo præsens Euangelista narrationem suam inchoat, quod in Galilæam Iesus secessit, præmittens, cum autem audisset, quod Iohannes traditus esset. Præter sensum supradictum, hoc etiam in hac temporis designatio confiderandū est, quod exemplo suo docuit, sicut a apostolū suū dicturus erat, nemini dandam ullā esse offensionē, quia uidelicet ostendebantur qui offendī uolebant, scilicet maxime pharisei qui spernabant consilium dei nō baptizati baptismō Iohannis, & hoc optabant existimari, quod inter Iesum & Iohannem, & inter discipulos eorum per contentionē & per inanem gloriā fieri aliquid. Hinc est illud apud Euangelistā Iohannē. Facta est ergo quæstio ex discipulis Iohannis cum Iudeo de purificatione, & uenerunt ad Iohannē, & dixerunt ei, Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui ut testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes uenient ad eum. Item post aliqualia. Ut ergo cognovit Iesus, quia audierunt pharisei, quia Iesus plures discipulos facit, & baptizat, quod Iohannes: quanquam Iesus nō baptizaret, sed discipuli eius. Vtrum ergo ratio nobiliter obseruatū est in eo, quod non nisi postquam Iohannes traditus est, prædicare cœpit Iesus scilicet ut ordinatē legi & prophetis, quorum Iohannes finis erat, euangeliū succederet, & in quantum fieri poterat, quod ex ipso erat, nemini illā offensionē daret. ¶ Quæ autem causa fuit, ut secedens in Galilæam tā cito relicta ciuitate Nazareth, ueniret & habitaret in Capharnaū, Lucas manifestius enarrat. Dicebant enim illi, Nōne hic est filius Ioseph & repletus ibi sunt omnes in synagoga ira, & surrexerunt, & eiecerunt illū extra ciuitatem, & duxerunt eum usq; ad superciliū montis, supra quē ciuitas illorū erat ædificata, ut precipitarent illū. Ipse autem transiens per mediu[m] illorū ibat, & descendit in Capharnaū ciuitatem Galilææ, ibi q[ui] docebat. Hoc ita factū est, ut adimpleretur (ait) quod dictum est per Esaiam prophetā. Terra Zabulon & terra Neptalin, &c. Hoc taliter p[ro]phetū dictum est. Primo tempore alleuata est terra Zabulon & terra Neptalin, & nouissimo aggrauata est uia maris trans Iordanem. Quid est quod sumptū testimoniorū nō ad integrū scripsit. Duas nāc omisit partes p[re]cipuas, primo tempore alleuata est, & nouissimo aggrauata est. Quid (inquit) est, quod istas partes omittit. Videlicet, quia nō erat hoc in intentione, seu uolūtate p[re]dicantis & euangélizantis, ut primo tempore alleuata terra illa, nouissimo aggrauaretur, id est, ut p[re]sentis dñi p[re]dicatio, & miraculus illustrata Iudea, tandem assumpta in cœlū euangeliū repelleret, & uitæ æternæ in digna se iudicaret. Futuru[m] quidē erat, & iccirco Esaias, reuelante spū propheticō, p[re]dixerat quia futuru[m] erat: uerū tamen non ea dñs intentione illud p[re]dicare cœpit, ut nouissimo tempore, id est consummatis omnibus salutis nostræ sacramentis, Iudea cor suū aggrauaret, repelleret uerbū si, le. Testes sunt illæ lachrymæ, testis illa lamētatio uidentis ciuitatē, & flentis super eā, quia uoluntatis eius nō fuit, quod illa taliter cor suū aggrauauit, quod tempus uisitationis sue cognoscere noluit. Hoc solū erat in intentione p[re]dicantis, illuminare (ut Zabulon & terra Neptalin) his qui sedebant in tenebris & in umbra mortis, ad dirigēdos pedes nolios in uia pacis. Reete igitur prouidus Euangelista solū hoc in intentione eius fuisse significauit, dicendo, ut adimpleretur quod dictum est per Esaiam prophetā, &c. ¶ Terram Zabulon, & terram Neptalin, uiam maris trans Iordanem propheticus spū oportune in tanta redēclamauit, quia uidelicet nō nihil pertinuit ad felicitatē nuncij rā boni, non nūlare locū, unde primo auditū fuerit, quod omnes sancti tanta expectabant attentione, quantā insinuauerat, contendit in eodem propheta mirabilis eloquentia sanctæ sapientiæ, dicendo. Et eleua te signū ad populos, ecce dominus auditū fecit ab extremis terræ. Puta, uel ipsum Iohannem, qui tunc traditus erat mox, ut postmodum decollatus est, ad inferos properando signum eleuisse ad omnes sanctos, qui hunc expectabant ab origine mundi in tenebris & in umbra mortis, & dixisse. Ecce dominus auditum fecit à terra Zabulon, & à terra Neptalin, et à uia maris trans Iordanem Galilææ, id est secus mare Galilææ. ¶ Sicut alio iam loco dictum est, non solum illud tantillum, quod Euangelista de propheticis prescribit testimonijs, respicere debet lector studiosus, siue auditor attentus, uerum etiam illa, quæ allumpris adhærent capitulis, quæ præcedunt siue quæ sequuntur: uelut si domui, quæ forte per industriam absque senectris subobscura facta est, lucerna intromissa uideret de-

z. Cor. 6.

Lucas. 7.

Iohannes. 5.

Iohannes. 4.

Lucas. 4.

Cur Iesus per-

tiusi Caphar-

naū q[ui] in Na-

zareth habi-

tauit.

Esaiæ. 9.

Quæstio.

Responsia

Actuū. 13.

Lucas. 5.

Lucas. 1.

Terra Zabu-

lon & terra

Neptalin.

Esaiæ. 5.

Testimonia

cuang. ampli-

ficanda sunt,

XLVI. R V PERTIN MATTHAE. T CAP. III.

uidere de beas qualis sit intus, qualis sit situs in medio uel in circuitu eius, & quidē sicut Evangelistæ, quoniā breuitate opus erat, amplitudinē testimonioꝝ uel scribere nō uacauit, ita & nobis, q̄a forte fastidiosum fieret opus, nō uacat cūcta prosequi, que ipse breuignificatione illustrauit: ueruntamen in aliqua parte eoz, libet hic aliquātū per immorari. Premissō, populus qui ambulabat in tenebris, uidit luce magnā, subinde idem propheta inter

Esaiae, 9.

cætera dicit. Iugum em̄ oneris eius & uirgā humeri eius & sceptrū exactoris eius superasti, sicut in die Madian. Paruulus em̄ natus est nobis, filius datus est nobis. Onus sue iugū oneris eius, scilicet populi qui ambulabat uel sedebat in tenebris, peccatū erat, uirga humerii eius, peccati erat, t̄ exactor eius diabolus erat: sceptrū exactoris illius, ius uel principatus mortis erat. Quomodo hæc dñe superasti? Nimirū nouo genere prælii, sicut in die Madian, id est, secundū mysticā similitudinē prælii, quo (sicut habemus in libro Iudicij) dux Gedeon cū trecentis uiris superauit Madian. Non em̄ sic in illo die pugnatū est, sicut ante uel post pugnauerunt cæteri duces, Iudices & reges Israhel: sed diuīsis trecentis uiris in partes tres, dedit tubas in manibus eoz, lagenasq; uacuas ac lampades in medio lagenar. Cung per gyrum castrorum in tribus personarent locis, & hydrias confregissent, tenuerunt sinistris manibus lāpades, & dextris sonantes tubas, clamaueruntq; gladius dñi & Gedeonis. Omnia itaq; castra turbata sunt, immisit dñs gladiis in omnibus castris, & mutu se cæde truncauit. Prædixerat aut̄ eis Gedeon. Quod me facere uideritis, hoc facite. ¶ Secundū similitudinē illius prælii pugnare debere à tempore euangelicæ prædicationis, & regnum exactoris diaboli superandū esse propheta prædictit. Quā ob causam? Paruulus em̄ (inquit) natus est nobis, Filius datus est nobis. Anteq; paruulus iste nasceretur nobis, anteq; filius iste datur nobis, nō solū licet, uerū etiā laudabile erat, regibus, sacerdotibus, prophetis, patriarchis, ferro dimicare & sanguine præliari, sicut fecit David, sicut fecerunt insignes Machabæi cōtra gentes quæ cōtendebant exterminium facere Israhelitæ gentis, agente spū dñi, ut exinaniret uerbū promissionis, ut nō esset unde paruulus iste nasceretur nobis, sicut patribus primoq; fideli Abraham fidelis deus repromisit. At nunc, quoniā paruulus iā natus est nobis, quoniā filius datus est nobis, paruulus siue filius admirabilis, collarius deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis, quid opus est materialibus armis? Quid periculi est in hoc, si extirpetur arbor, quoniā fructus omnis assumptus est, & tuto repositus loco? Mutetur modus pliꝝ & pugnetur sicut pugnatū est in diebus Madian. ¶ Sunt lampades in lagenis fragilibus, in uatis fictilibus, id est, dona gratiarū cœlestiū in corpore mortalium mēbris corruptibilibꝝ, sint & tubæ uerbi dei, quarū sonitu hostes uisibles & inuisibilis esterreantur. Lagenæ in sinistris, tubæ habeantur in manibus dextris, id est, in minore corpora, in maiore uerbū dei fidicandū habeatur, cura uel diligentia. Quid si corporū fragiles hydriae confingantur? Nimirū tuinc amplius t̄ flammabit miraculorū clarissima luce, & martyres p̄ciosa morte coronati, exinde fortius pliabuntur. Fecit hoc primus ille Gedeon secundū litterā, & qđ me facere uideritis (ait) hoc facite: fecit hoc primus iste filius hois secundū spm & hoc est (ait) p̄ceptū meū, ut diligatis inuicē, sicut dilexi uos, maiorē hac dilectionē nemo habet, ut animā suā ponat quis pro amicis suis. Quoniā ergo sic pugnandū erat, qm̄ materialis gladius iā necessarius non erat, videamus quales sibi milites, siue militia duces elegit. ¶ Ambulans iuxta mare Galilee, uidit duos fratres, Simonem qui vocat̄ Petrus & Andream fratre eius, mittentes rete in mare, erāt em̄ pescatores, & tū illis. Genit post me, & faciā vos fieri pescatores hominū. At illi cōtinuo relicris retibus, secuti sunt eū: & procedens inde, vidit alios duos fratres, Jacobum Zebedai, & Iohannē fratrem eius in nau, cū Zebedeo patre eoz, reficietes retia sua, & vocauit eis. Illi aut̄ statim relicis retibus & patre, secuti sunt eū. ¶ Sicut sol usu suo specularia nō solū uidet, uerū etiā suā in illis imaginē format, & imago eius ex ipsis relucet: ita quo dāmō uerus iste sol uidit Petruꝝ & Andram, Jacobū & Iohannē, simplices & tenebras partē nullam habentes, & circa lux ab eis comprehensa est, imago uerū huius lucis in eo & coribus per fidem formatā est. Ista uirtus tenebrarum non sicut ad comprehendendum, sed obtusa corda gerentes, repulserunt. Exempli gratia, ita ut dicent. Vnde huic hac omenia: et quæ est sapientia quæ data est illi, et uirtutes quæ per manus eius efficiuntur?

Nonne

addit̄ pcena
seu reatus,
aut filē quid

ludi, 7

Ante natum
Chrm ferro
pugnare licu
it, nūc nō ita.

Gene, 22

Quid lagenæ
& tubæ, my
stice.

lege t̄ flam
mab unt.

lud. 7.

Iohan. 15.

Simplicitas
primorum as
postolorum

Matth. 13
Marci, 6

DE GLORIA ET HONORIS FILII HOMI. LIB. .III. XLVII.

Nonne iste est faber, filius Mariæ, frater Iacobi & Ioseph & Iudæ & Symonis, & nō poterat, ait Euangelista Marcus) ibi virtutem ullam facere, nisi paucos infirmos impositis manibus curavit, & mirabatur propter incredulitatem illog. Et quales istos inuenit, aut uidit, quorum cordis puritatem, & lucidam fidem penetrauit? Mittentes rete in mare, uidit eos, hinc retia sua reficienes, erant enim pescatores. ¶ Quare autem pauperes potius quam dantes deus elegit. In modo quos elegit ante constitutionem mundi, quos præficiuit & præde- sunt conformes fieri imaginis filij sui, quos uocare, iustificare & magnificare proposu- erat, quare pauperes in hoc mundo nasci uel fieri uoluit? Nimirum propter eruditio- nes ipsorum, quia uidelicet conscientia paupertatis grande est instrumentum & ualens docu- mentum, ut creatura teneat uel cognoscat id, quod coram creatore per pulchrum & ual- de uitum est, feliciter ordinem suum. Quem uel qualem ordinem suum? Profecto illū, quem apostolus magno clamore, grandi exclamatione, nobis intimare nititur dicens. O altitudo diuinitatis sapientie & scientie dei, q̄ incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uice eius. Quis enim cognovit sensum domini? Aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit ei, & retribuetur eis? Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula seculorum. Amen. ¶ Iste est ordo legitimus, ordo necessarius, ut creatori creature In omnibus fabricari, sciendo & confitendo, quia ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, quecumque bona beatus homo uel sanctus habet angelus, & ad huius sanctae rei cognitionem siue coniunctionem multum ualeat (ut iam dictum est) memoria retentus priscæ paupertatis cami- nos, de quali & filii Israhel uocati sunt, & in quali Petrus & ceteri apostoli homines sine literis & idiote, & præterea censu pauperes inuenti sunt. Quid multa? Nimirum quanto plura facta dona dei percepturi erant, tanto maioris conscientia paupertatis indiguerunt, ut eadem dona portaret stables & firmi, fundati in spiritu humilitatis. ¶ Nam dominii sunt cardines terræ, pro quo in Hebreo scriptum est (ait beatus Hieronymus) afflicti terræ, & posuit super eos orbem. Afflictio hæc humilitas est, quæ ad portandum orbem consti- tuos facit & fortis. Denique quod facit in corporibus, siue rebus corporalibus, ut aliud tar- dus aliud citius moueat, flante uento seu mouete manu: hoc facit in mentibus humili- tatis uirtus, ut succedentibus prosperis spiritualibus, non extollatur animus, pristinæ pau- petatis seu cuiuslibet in felicitatis sibi conscientis. Orbis, quem super huiusmodi afflictos do- minus posuit, ecclesia ipsius est, quam illis regendam commisit. Hinc est illud quod huic Symoni Petro dixit, Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super petram ædificabo ecclesi- am meam. Super petram fidei, quam confessus est Petrus, ecclesiam suam ædificauit, eaque rei genda illi ceteris apostolis, eorumq; similibus cõmisit. ¶ Quid tandem de mutatione no- minis dicimus, quæ (ut supra iam dictum est) & alius Euangelista scriptus manifestius, et ille non omnino tacuit, dicendo, Symone qui uocatur Petrus. Quæ causa uel ratio fuit muta- tio huius? Nunquid enim octo, id est sine causa, sine ratione mutaret uocabulum hominis sapientia dei Iesu Christi? Dū de uno quærum, alterius quoq; recordemur. Qui enim dicit huic, tu es Symon filius Iohanna, tu uocaberis Cæphas, qd interpretatur Petrus, ipse idem quondam dixerat cuidam alteri. Quod nomen est tibi? Illo respondente Iacob, ait ille. Nequa Gene. 32 q; inquit Iacob appellabitur nomen tuum, sed Israhel. Præter duos istos, quoq; alter in uete nialter in nouo testamento notissimus est, alios in sanctis nō inuenimus scripturis, quorum uocabula cõmutauerit: licet quibusdam posuerit, ut Isaac, alios adauxerit uel minorerit, ut Abraham, et Sarai, hunc Abrahā et illam uocando Saram. ¶ Quæ igitur causa uel ra- tio fuit, in illis mutandorum nominum? Arbitrari licet, quod in ambobus mutationis no- minum causa fuerit, instans mutatio rerum. In illo priore, cui dictum est, nequaquam la- cob appellabitur nomen tuum, sed Israhel, mutandarum sententia rerum fuit hæc. Quo- niam uero contra deum fortis fuisti, quantò magis contra homines præualebis? Nam contra homines præualere, quid aliud est, quam homines interficere? Extunc genus Iacob fuit Israhel non solummodo permisum uerum etiam præceptum habuit, peccatores occidere, et in primis Chananeos, quos iuste terra debuit euomere. Exempli gratia. Vade (inquit dominus ad Saul) & persecute Amalech, & demolire uniuersa eius, Nō par- ce, sed interfice a uiro usq; ad mulierem, & parvulū atq; laetantem. Hoc non tantum modo per-

Quæstio.
Roma. 8.

Responsa

Roma. 17.

I. Regum. 21
Cardines ter-
ræ apostoli.

Matth. 16
Cur Peter
mutatum
nomen,

Iohan. 1.

Gene. 32
Cur Iacob di-
ctus ē Israhel

Leuit. 20
I. Reg. 15.

XLVIII. RUPERTI IN MATTHAE. CAP. III.

modo permisum, uero etiam usq; adeo fuit præceptum, ut cum ille pepercisset, diceret de minus ad Samuel. Proenit me, q; constituerim Saul regem, quia dereliquit me, & uerba mea opere non impleuit. Ab initio aut non ita fuit, sed omnis qui occiderit Cain (aut idem dominus) septuplū n punitur. Quo modo respondit dominus dicentibus sibi, quid ergo Moyses mandauit, dare libellum repudij, & dimittere uxorem; fere similiter respondet dum est, si queras, quid dominus homines mandauit interfici, dicendo, quanto magis contra homines præualebitur. Respondens ait, Quoniam Moyses ad duriciam cordis ueluti per misit uobis dimittere uxores uestras. Ab initio aut non sic fuit. Dico aut uobis, quia quis cum ipso dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationē, & aliam duxerit, moechatur. In isto posteriore mutanda sententia rerum hæc est. Converte gladium tuum in locum fui. Ex emerat enim gladium suum & percutiens seruum principis sacerdotū, amputauit auricula eius. Si ergo quereras, ut iam dictū est, quid dominus mandauit, peccatores interfici; & quod dixit, quanto magis contra homines præualebitur. fere similiter respondendū est, ut de libello repudij, quoniam dominus ad duriciam cordis hoc mandauit fieri, ab initio aut non sic fuit. Quoq; ad duriciam cordis? Namq; hominū talium, quales fuerunt Amalechitæ, siue Chananaei, & ceteri, quoq; diabolus cor obdurauit, ut non solum seruirent creaturæ potius q; creatori, uerū etiam unicum cultorem creatoris populū Israhel conarentur omnibus modis aut facere conformē sibi, aut omnino extirpare radicem gentis eiusdem, ut non esset unus de cōpleretur benedictio, quia deus Abraham repromisit, quiaq; exigebat ille Iacob, dicendo, nō dimittam te, nisi benedixeris mihi; & audiuit, quoniam contra homines præualebitur. Propter eiusmodi duriciam cordis mandauit dominus peccatores interfici, & qui hoc fecerunt, iudicet Israhel, & patriarcha David, & præclarū laudantur Machabæi. Ab initio autem non sic fuit, sed quicq; occiderit Cain, septuplū punitur, ait dñs. Et nunc idem loquitur ad istū, cuius mutauerat uocabulum, significans (ut iam dictū est) mutationem rerū. Converte gladium tuum in locum suum. Omnis enim qui acceperint gladium, gladio peribunt, subiungitur, nisi penitentiam egerint, & apud aliū Euangelistam, dicentibus apostolis, dñe ecce gladij duo hic, dixit eis. Satis est. Item. Sinite usq; huc. Quod prudens auditor sic intelligere debet, ac si diceret. Gladij materialibus iam satisfactū est, & in illis huc usq; necessario pugnatū est, ob defensionem carnis, de qua me Iesum Christū oportebat nasci: iam finitū gladij eiusmodi, & pugnate nouo genere prælii, sicut pugnatū est in die Madian, id est, sicut significatū est illic, ubi Gedeon superauit Madian. De illo prælio iam superius dictū est. Et circuibat Iesus totam Galileam, docens in synagogis eorum, & predicans euangeliū regni, & sanans omnem languorem, & omnem infirmitatem in populo, & abiit opinio eius in totam Syriam, & obtulerunt ei omnes male habentes, varijs languoribus, & tormentis comprehensos, & qui demona habebant & lunaticos & paralyticos, & curauit eos, & securerunt eum turbe multe de Galilea & Decapoli & Hierosolymis & Iudea & trans Jordanem. Opera huiusmodi, opera pietatis, quoq; hæc initia fuerunt, portendebat signū illud, siue significatio praesentie spiritus sancti, quæ super eū apparet, scilicet species columba, quæ nimis uis naturale missis est, & septem habet insignia pietatis, quæ numerare solent Physici, quia sine felle est, & genitum pro canto habet, & in foraminibus petre siue cauernā macerie nidificare solet, et nihil uiuum comedit, & grana candidiora elegit, & pullos alienos nutrit, & iuxta fluenta plenissima residens, insidiosum præuidet atq; effugit accipitrem. Omniū pietatis operum, quæ per hæc septem columbae naturalia bona significantur, initia fuerunt hæc, quæ hoc loco narrantur, septem comprehensa dictionibus: quæ sunt, sanare omnem languorem, & omnem infirmitatem, et omnes malehabentes, varijs languoribus et tormentis comprehensos, & qui demona habebant, et lunaticos, et paralyticos. ¶ Itidem, quod securerunt eum turba multa de Galilea, et Decapoli, et Hierosolymis, et Iudea, et trans Jordanem, initium fuit populorum siue gentium multarum, quæ habebant ad illum concurrens, iuxta illud Esaiæ. Et gentes, quæ te non nouerunt, ad te current, propter dominum deum tuum, et sanctū Israēl, q; glorificauit te: Et in hoc initio finē vel cōsummationē proposuit me dicitabatur incarnata sapientia dei, unde adhuc plenius dicendum erit,

Degloria

Gene. 4.
Matth. 19

Vt us gladij
cur ap̄ls pro
hibitus.
Matthæi. 26.

Gene. 32

Matth. 26.

Lucæ. 22

Iudi. 7

Opera pietas
tis p columba
præfigurata

Esaïæ. 55.